

1503 die 3.<sup>o</sup> novembris in Rogatis.

JULIO SECUNDO PONTIFICI MAXIMO.

Facile quivis dijudicare et cognoscere potest quale fuerit gaudium et immensa læticia, qua, nos et universus noster Senatus inexplicabiliter repleti sumus, habitis hodie litteris oratoris nostri felicissimum et faustissimum nuncium significantibus, de optatissima et auspiceatissima assumptione Beatitudinis Vestrae in Christi Vicharium et ipsius gregis moderatorem, pastorem et ducem; facile inquam unusquisque id percipere poterit, si veterem illam benivolentiam, qua semper Beatitudinem Vestram studiosissime prosecuti fuimus, pariter metietur. Novit Deus Optimus Maximus qui est scrutator cordium, ejusmodi extitisse magnitudinem gaudii nostri, ut illud exprimere nequeamus. Obversabatur oculis nostris ratio præsentium temporum; considerabamus præsentem reipublicæ christianæ statum; occurrabant animo nostro proximæ calamitates quibus religionem nostram afflictam et poene collapsam, non sine commiseratione et lacrymis, conspiciebamus, et haec omnia nos impellebant ut summis votis ac præcibus cuperemus Sanctitatem Vestram a divina bonitate et providentia nobis dari et christianis omnibus in pontificem et tot malorum præcipuum acerrimumque correctorem. Facti igitur compotes vehementissimi desiderii nostri, profuse letati sumus, et pro tam singulare ac præclaro dono divinitus nobis concesso, gratias habuimus egimusque summo et misericordi Deo nostro. Verum etiam decrevimus e vestigio, per litteras nostras Sanctitati Vestrae declarare conceptum gaudium totius nostri Senatus, congratulantes Beatitudini Vestrae et nobis ac cuncto christiano populo congaudentes, oraentesque Divinam Mentem, ut datum nobis pastorem et patrem dignet etiam ditissime conservare, ad amplitudinem et augmentum istius Sanctissimæ Sedis ac Christianæ religionis nostræ.

Data in nostro ducale palatio.

*A tergo:* Sanctissimo et Beatissimo in Christo Pontifici et dom. dom. Iulio, digna Dei providentia Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo 201 Pontifici.

*Copia di una parte di condur uno a lezer in  
humanità in questa terra.*

La qual parte fo posta per sier Marco Bolani, sier Marco Antonio Morexini el cavalier, sier Alvixe

da Molin savj dil Consejo, sier Lorenzo Zustignan, sier Batista Morexini, sier Zacaria Contarini el cavalier savj di terra ferma. La qual parte ave 135 di sì, 15 di no, 2 non sinceri, et è di questo tenor:

Cum superiori tempore decessisset eruditissimus vir dominus Georgius Valla in utraque lingua peritissimus, qui, publico stipendio, hic humanitatem profitebatur, ex deliberatione huius Consilii fuit, ejus loco, substitutus Georgius Amaseus; que deliberatio, quia facta fuerat contra consuetudinem huius civitatis nostræ, que est quod, antequam huiusmodi lecturæ conferrantur, fiat periculum plurium competitorum qui postea ballotari debeant in hoc Consilio ut eruditior deligatur, suspensa fuit per virum nobilem sier Franciscum Foscari tunc advocatorem nostrum communis. Et quia convenit cuique bene institutæ reipublicæ habere in primis in huiusmodi lecturis viros in litteris eminentes et consumatos, vadit pars quod auctoritate huius Consilii, lectura collata suprascripto Amaseo suspendatur, et qui cumque dictæ lecturæ aspirat, debeat se scribi facere in cancellaria nostra in termine dierum . . . decembbris, quibus exactis, omnes scripti ballotari debeant in hoc Consilio, et qui habuerit plures ballotas transundo medietatem Consilii, remaneat, cum salario, modis et conditionibus quibuscumque erat dictus quondam dominus Georgius Valla, non derogando ob hoc mercedi dicti Amasei quam habere deberet usque ad hanc diem causa sui servitus, ut equum est; et ut ballotatio ista fiat sincera, servetur pars . . .

Die 22 antedicta in Rogatis.

Remansit

Dominus HIRONIMUS foroliviensis, doctor.

201 \*

*Dil mexe di dezembrio 1503.*

*A dì primo.* In Colegio. Introe tre capi di 40 novi, sier Nicolò Memo qu. sier Francesco, sier Augustin Valier e sier Domenego Griti, et fo butado consier, in loco di sier Marco Sanuto era amalato, sier Domenego Griti. *EIAM* vene li capi di X, sier Andrea Venier, sier Stefano Contarini e sier Alvixe Malipiero.

Vene l' orator yspano dicendo scrivea in Spagna, et si la Signoria li havia a dir nulla. Il principe li disse che nulla era; et li fo ditto li pati fati al signor di Rimano etc.

*Di Rimano, di sier Domenego Malipiero proveditor, do lettere di 28, l' ultima di hore 3*